



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. V. Non requiritur in contrahentibus cognitio adimpletæ conditionis, nisi ad usum Matrimonii: neque est necesse, Pastorem & testes interesse implezioni conditionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

luntate: quia est incompatible, absolute contrahere Matrimonium, vel promittere contrahere, cum Matrimonio conditionali, cum alia inito. At quando utrumque Matrimonium est conditionale, cum utrumque sit imperfectum, & pendet ex futuro conditionis eventu, non est incompatibilis hæc voluntas, sed perficietur id Matrimonium, cujus conditio primò euenit. Quare lex illa fin. manifestè loquitur de Matrimonio vel sponsalibus absolutis. Hæc ille. Nec habeo quod addam.

Ideo subjungo 2. argumentum. Nunquam, inquit, fictio retrahitur in præjudicium actus, medio tempore gesti, l. Si indubitum, §. 1. & ibi, Bart. ff. Ratam rem haberi. Ergo fictio, quæ consensus trahitur ad tempus eventus conditionis, non debet retrahi ad tempus primi Matrimonii in præjudicium secundi, medio tempore gesti; ergo valebit hoc secundum Matrimonium.

Respondet Sanchez supra: Antecedens esse verum, quando licitum esset partibus solâ voluntate recedere à priori actu, ut contingit in testamentis; & in constitutione Procuratoris. Item, quando actus sunt in se incompatibiles; at à priori Matrimonio conditionali non licet ex mera voluntate recedere, & utrumque Matrimonium conditionale est compatibile. Hæc ille. Non licet, inquam, recedere, hoc est, illicitè receditur, quamvis validè; & quia non præsumitur peccatum, idè præsumitur noluisse recedere à priori actu, sed voluisse contrahere absolute cum illa, cujus conditio prius impletur.

Ex quo facile respondetur ad 3. argumentum Adversariorum, quod tale est: in his, quæ pendet à mera voluntate, statim ultimo actui, ut in Procuratore, cap. Si quem, de Procur. in 6. & in testamentis, §. Posteriori. Insti. Quibus modis testâ in firm. sed contracto priori Matrimonio conditionali, liberum est ab eo recedere, saltem ut valeat secundum, quamvis recedens peccet; ergo &c.

Respondetur, inquam, satis esse, ut non præsumatur recessisse, quòd recedere non possit absque peccato, & quòd utrumque Matrimonium sit compatibile. Aliud certitur in Procuratore, & testamentis, à quibus etiam sine peccato receditur. Igitur secundum Matrimonium non valet, si conditio prioris Matrimonii prius impleta fuerit: sicut nec primum valet, si conditio posterioris Matrimonii prius euenit.

Sed nunquid locus est optioni alterius Matrimonii? Sic Aliqui docent apud Sanchez sup. n. 14. & probant per legem: Viduæ, Cod. de Nuptiis: Viduæ intra quintum & vigesimum annum degentes, etiamsi emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias si-

ne patris sententia non conveniant. Quòd si in conventionis delectu, mulieris voluntas patris repugnat sententiæ, & propinquorum: placet admodum (ut in virginum conjunctionibus sancitum est) habendo examini auctoritatem quoque iudicialiæ cognitionis adungi: ut, si pares sint genere ac moribus competitors, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbaverit. Ergo quando aliquis contraxit duplex Matrimonium conditionale, illud potius existimabitur, quod sibi consulens mulier aut vir approbaverit.

Respondet Sanchez sup. n. 19. textum illum procedere, quando nullum est vinculum contractum, sed voluntas habet liberam electionem, & quando nulla est repugnancia in voluntate: at in nostro casu non est voluntas libera; sed tenetur servare priorem contractum conditionalem, antequam eueniat conditio posterioris: si autem simul utraque conditio concurrat, est repugnancia in voluntate ratione incertitudinis. Hæc ille.

Addit autem Lugo supra: si utrumque Matrimonium non simul, sed successivè contractum fuisset, sub eadem conditione, v. g. Si navis hoc mense ex Asia venerit, præsumptionem esse debere pro secundo Matrimonio: quia contrahens illud sub eadem conditione, eo ipso præsumitur recedere voluisse à consensu præstito in priori Matrimonio sub eadem conditione, cum impossibile esset velle illud secundum sub illa conditione, nisi revocando priorem consensum. Ita Eminens. Hoc autem constat non habere locum, quando simul vel successivè contrahitur sub diversa conditione. Unde tunc verius apparet, quòd docet Conclusio, scilicet, Matrimonium illud perfici, cuius conditio prius impletur.

Si autem à me quaeritur, an illa impletio fieri debeat coram Parocho & testibus, ubi Conc. Trident obligat? Respondeo & dico:

CONCLUSIO V.

Non requiritur in contrahentibus cognitio adimpletæ conditionis, nisi ad usum Matrimonii: neque est necesse, Pastorem & testes interesse impletioni conditionis.

DE prima parte satis diffusè egimus Concl. 3. Videantur ibi dicta. Tantiùm addo: nimis manifestum esse, requiri in contrahentibus illam cognitionem ad usum licitum Matrimonii, cum alioquin nesciant, se verè esse conjugatos, adeòque voluntariè exponant se proximo periculo fornicationis.

Nec obstat, quòd fieri possit, ut sint veri conjuges, quia etiam fieri potest, ut non sint veri conjuges. Et aliunde ad evitandum pec-

mans ex l. 18. Cod. de Nupt.

Resp. Sanchez.

147. Additio Lugo.

148. Ad licitum usum Matr. requiritur cognitio adimpletæ conditionis.

Occurritur objectioni. ca-



catum fornicationis, non sufficit, ut sint veri conjuges, qui copulantur, sed debet ipsis, saltem probabiliter, constare, se esse veros conjuges, alioquin censentur consentire in fornicationem, cum velint copulam, de qua probabiliter nequeunt judicare, quod sit Matrimonialis, adedque velint copulam, quam certò sciunt, posse esse fornicariam. Quidni ergo peccent peccato interno fornicationis, estò alioquin à parte rei non sit fornicatio? Non est dubitandum.

149. Si requiratur novus consensus implet à conditione, Parochus debet ei assistere. Quantum ad secundam partem, siquidem impletà conditione requiratur novus consensus ad valorem Matrimonii, certum est, Parochum & testes debere illi assistere, quia, ut patet, per illum contrahitur Matrimonium, & consensus conditionatus solum habuit vim sponsalium. Porrò Conc. Trident. postulat præsentiam Parochi & testium non ad valorem sponsalium, sed Matrimonii.

Si non requiratur, sufficit ut intersit impletioni conditionis. Sin autem non requiratur novus consensus impletà conditione, juxta dicta Conclus. 2. tunc gravis controversia est inter DD. an Parochus & testes, ubi Trident. obligat, debeant interesse etiam impletioni conditionis, vel saltem, num debeant scire conditionem fuisse impletam, ad hoc ut Matrimonium valeat. Et in primis sufficere, ut Parochus & testes intersint impletioni conditionis, videtur mihi satis evidens, quàmvis aliqui Theologi id negent; quippe jam Parochus & testes assistunt omnibus requisitis ad Matrimonii perfectionem, adedque possunt plenissimè testari de Matrimonio absolute contracto, & sic perfectissimè obtinetur finis Concilii, qui est impedire occulta adulteria; quidni ergo id sufficiat ad valorem hujusmodi Matrimonii?

150. Est sententia Sanchez. Navar. Manuel. Planè sufficere, docet Sanchez lib. 5. disp. 8. n. 22. citans Navar. l. 4. Confil. tit. de Condit. appof. conf. 1. n. 6. & Manuel. 1. tom. Summæ 2. editione cap. 219. conclus. 18. n. 19. dicentes, impletà conditione non esse necessarium, ut iterum coram Parocho & testibus contrahant.

Sed, salvo meliori, Navarrus ibi disputat contra eos, qui (ut vidimus Conclus. 2.) requirunt novum consensum post purificatam conditionem, etiam ubi Trident. non obligat: quia existimant Matrimonium conditionatarum solum habere vim sponsalium, quæ sententia satis probabilis est, & pro se habet D. Tho. D. 4. dist. 29. q. un. a. 3. quæstiuncula 3. D. Bonav. 4. dist. 28. q. 3. n. 13. & alios plures tam veteres, quàm recentiores Theologos; sed in præsentia de hac re non disputamus.

De qua ergo? Sicut dixi antea, supponimus ante Trident. non fuisse necessarium novum consensum post purificatam conditionem, & quærimus, an post Trident. sit necessarius; dicimus autem neque esse necessarium, ubi Trident. obligat, saltem tunc,

quando Parochus & testes intersunt impletioni conditionis, id est, quando Parochus & testibus sufficienter constat, etiam de verificatione conditionis appofitæ in contractu, sive fuerit conditio de futuro, sive de præfenti aut præterito; eadem enim omnium est ratio.

Sed nunquid isthæc notitia necessaria? Quidam, inquit Sanchez sup. n. 23. certum esse certum, hoc desiderari. Probatur Trident. exigit, ut Parochus & testes intersint vero Matrimonio, quod tale est simpliciter, & inducit vinculum indissolubile ita ut de illo testificari possint; sed illud Matrimonium conditionale non est simpliciter Matrimonium, nec indissolubile; nec sunt verè Parochus & testes testificari de Matrimonio contracto, cum illud pendet conditionis verificatione, nec hujusmodi conditionis testes sint; ergo nullo modo Matrimonium.

Et confirmatur; quia finis Concilii potest sponfi ad alias nuptias transferri, de prioribus minimè constat Ecclesiæ, hoc inconveniens minimè esse, & Parochus & testes non intersint verificationi conditionis: nam ea verificata in æquum, cum non constat Ecclesiæ ejus veritas, non constat de Matrimonio, atque ita eas permittit inire Matrimonium.

Potest secundò in favorem hujusmodi adduci, quòd Matrimonium contractum inter impuberes coram Parocho & testibus non sit verum Matrimonium, nientè pubertate inter se consentiant.

Tertiò adducitur ab Averro. 1. §. Potius ergo, ubi docet in contractu, quia alio quidem modo potest talis contractus, nempe si conditione cedant ab illa conditione, & consentiant ab ea absolute consentiant. Penultimè est, num oporteat hunc recessum in Parocho & testibus, vel non oporteat. Si non oporteat, non videtur primùm; ergo similiter in alio quocumque tali Matrimonio, debet esse purificatio conditionis, debet esse coram Parocho & testibus. Si dicatur Averro. consequenter fatetur Sanchez n. 23. quòd novo consensu clam inter contractum præfinito, nullatenus poterit id Matrimonium coram Ecclesiâ probari. Imò contra hoc test, ut postea non adimpleatur contractus, de hoc planè constat: ubi illud Matrimonium deberet ab Ecclesiâ judicari nullatenus tamen in re esse validum. Quod est tamen inconveniens contra intentum Concilii. Fatendum ergo est, sive per novum consensum, sive per conditionis purificationem debere Matrimonium illud coram Parocho & testibus perfici. Hæc ille.

Bibliotheca
Sacra
Paderborn

Nec sufficit, inquit ibidem, posse aliunde constare de purificatione apud Ecclesiam: quia etiam de contrahentium consensu potest constare aliis modis: sed tamen Concilium præcisè requirit, ut illo modo constare debeat.

354. Sed non quid propter hæc argumenta recedendum à Conclusionè, quæ cum Sanchio sup. n. 24. oppositum docet? Negare quidem (inquit hic Auctor.) minimè possum, rationes has urgentissimas esse, & quæ convincere videntur. Verùm pro contraria parte, ut sufficit Parochum & testes interessè illi Matrimonio de præsentibus, sive conditio sit de præsentibus, sive de futuro; nec sit necessarium, ut præsentibus sit conditionis verificationi, quæ mihi valdè probabilis est, vehementissimè urget: nam quando aliqui contrahunt per Procuratorem, non est opus, ut Parochus & testes videant literas, in quibus continetur potestas Procuratoris, ut praxis totius Ecclesiæ recipit: aliàs deberent esse viri docti, ut scirent; an ea potestas sit sufficiens, nec ne: at non possunt plene testari de Matrimonio, nisi supposità veritate illius potestatis Procuratoris. Similiter quando consanguinei contrahunt ex Pontificis dispensatione, non est opus, ut Parochus & testes videant dispensationem, cum tamen aliter nequeant plene testari de Matrimonio; nisi supposità veritate dispensationis obtentæ. Ergo si hoc Matrimonium valet, valebit etiam Matrimonium contractum per verba de præsentibus sub conditione coram Parocho & testibus, quamvis eidem minimè constet de verificatione conditionis.

355. Præterea; quia non videtur mens Concilii, ut plene & integrè possint Parochus & testes de Matrimonio testificari, sed ut sint testes consensûs de præsentibus, quamvis valor Matrimonii pendeat ex alicujus veritatis suppositione, ut constat ex Matrimonio contracto per Procuratorem, in quo ut Parochus & testes plene testentur de Matrimonio, oportet ut videant potestatem Procuratoris, & sciant esse sufficientem, nec revocantam. Similiter quando contrahunt duo pueri, qui dicunt se esse puberes, si verè sunt puberes, validum est Matrimonium, quamvis Parochus & testes dubitarent esse impuberes, & ita non plene possint testificari de Matrimonio, cujus valor penderet ex veritate ætatis: ergo cum in nostro casu verè testificentur Parochus & testes de consensu de præsentibus, quamvis valor pendeat ex eventu conditionis, de quo non possunt testificari, valebit Matrimonium.

356. Et confirmatur hæc sic servatur finis Concilii in eo Decreto, qui est, ne contrahantur secundæ nuptiæ spreto primis: nam cum constet Ecclesiæ de illo Matrimonio

de præsentibus, quamvis valor pendeat ex verificatione conditionis, nullo modo permittet eos ad secundas nuptias transire, donec plene Ecclesia discutiatur, an impleta fuerit conditio, nec ne; & an recesserint à conditione, & sic voluerint, ut absolute contractus valeat. Hucusque Sanchez pro sua, & nostra sententia.

Eamquæ, teste eodem Auctore, videtur clarè tenere Navarrus loco sup. citato, ubi dicit, Matrimonium semel coram Parocho & testibus contractum sub conditione licita, non esse opus, ut post adventum conditionis, iterum fiat coram Parocho & testibus; quia adveniente conditione retrahitur, ac manet perfectum, ac si à principio factum fuisset.

157. Prorsus id dicit Navarrus; sed contra eos, qui post adventum conditionis requirebant novum consensum; de hoc enim puncto ibi solum disputat, ut supra notavi; & evidens erit inspicienti textum. An autem requiratur notitia advenientis conditionis, neque affirmat, neque negat ibi Navarrus. Interim non requirit illam notitiam, nobis cum Sanchio videtur valdè probabile. Hinc conabimur cum eodem Auctore satisfacere rationibus Adversariorum. Quin ex nunc videtur plerisque satisfactum per exemplum Matrimonii, quod contrahitur per Procuratorem, & ex dispensatione Pontificis, non visis literis commissionis, & dispensationis.

158. Sed contra hoc insurgunt Adversarii, & conantur ostendere disparitatem. Dicendum est (inquit Aversa sup. §. Ad fundamentum) de mente Concilii esse, ut Parochus & testes inter sint contractui perfectò, atque ut illis consentiat ex circumstantiis, quæ sunt de forma ipsius contractus, qualis omnino est purificatio conditionis. Ubi distinguere oportet circumstantias, debitas ex parte contractus, & alias, debitas ex parte contrahentium; nempe ut Procurator sit legitimus, & consanguinei vel affines sint dispensati, ut contrahentes sint puberes. Non ergo Concilium requisivit, ut de his circumstantiis contrahentium constet coram Parocho & testibus ad hoc, ut Matrimonium sit validum: sed bene requisivit, ut ipse contractus perficiatur coram Parocho & testibus; non perficitur autem contractus conditionatus nisi per adimplementum conditionis, sicuti non perficitur per consensum unius partis, sed utriusque, quare id totum debet illis constare. Nec aliter satisfaceret ad intentum Concilii: quia alioquin conditio posset secretò adimpleri, & tunc si una pars negaret, & altera affirmaret esse adimpletam; maxima perplexitas oriretur. Hæc ille.

159. Et Coninck hæc disp. 29. dub. 1. (ubi n. 15. tenet sententiam Aversæ) n. 16. sic ait: Aliud

157. An Navarrus doceat hanc sententiam.

158. Resp. Aversa ad primam ejus probationem.

159. Resp. Coninck.

Z. z. 2

Aliud est esse testem externi contractus in genere suo completi, aliud esse testem valoris ipsius; & illud dicimus requiri, hoc non. Posito enim quoddam illi exterius legitime factus sit, presumitur factus ab habentibus potestatem & personis legitimis, donec probetur contrarium; & volentis resiliere, est hoc probare, ostendendo, dispensationem, aut commissionem procurationis, esse nullam. Conditio autem non presumitur completa, donec de ea constet, & consequenter, id asserentis, est probare.

Confirmatio.

Confirmantur hec omnia ex dictis disp. 24. n. 79. ubi ob eandem rationem ostendi, ut Parochus valide assistat Procuratoribus, debere ei constare de mandato, iis dato. Quare etsi Ecclesia conscia primi contractus, forte non permitteret iniri secundum, donec sciret conditionem defecisse: tamen si de facto contraheretur, pro hoc judicaret, donec constaret conditionem suo tempore prius impletam fuisse. Hactenus Coninck.

160. Rejicitur.

Sed probatum oportuit, non suppositum, quod Ecclesia pro hoc Matrimonio judicaret, donec constaret conditionem suo tempore prius impletam fuisse; & non potius pro illo, donec constaret conditionem suo tempore prius impletam non fuisse; cum enim sit prius tempore, & quasi in possessione, saltem inchoata, fierique possit, ut absolute valeat, secundum autem Matrimonium absolute sit in validum, videtur prius probanda esse invaliditas prioris Matrimonii conditionati; adeoque probandum esse, conditionem suo tempore prius impletam non fuisse, quam judicandum sit pro valore secundi Matrimonii.

161.

An Parochus debeat videre literas procurationis.

Veluti, qui contraxisset per Procuratorem coram Parocho & testibus, si aliud postea Matrimonium per se ipsum contraheret, ab Ecclesia compelleretur ad observationem primi Matrimonii, nisi ipse falsitatem Procuratoris seu procurationis sufficienter probasset. Ratio clara est: quia primum Matrimonium est in possessione, & non presumitur fraus aut dolus Procuratoris, nisi legitime probetur. Unde videtur sufficere, ut Pastor & testes sciant, hujusmodi contrahere in nomine talis vel talis personae, tamen non videant literas procurationis, nec discernere valeant, an procuratio sit legitima, nec ne.

aut dispensationis.

Et idem dicendum de Matrimonio, quod per dispensationem contrahitur inter sanguineos; satis enim est, ut Parochus & testes sciant, tales contrahere Matrimonium ex dispensatione, tamen si eam non viderint, nec discernere valeant, an legitima sit, nec ne; hoc ipso quippe incumbit probatio contrahentibus, si aliud velint contrahere Matrimonium, et si aliud contraxissent, pro

primo judicaretur, nisi essent probatae validam fuisse dispensationem.

Dices ex Coninck supra: conditio non presumitur impleta, sicuti presumitur facta procuratio, & data dispensatio. Sed hoc contra Dicastillo hic disp. 5. n. 135. dicens: Si constet, commissionem esse factam Procuratori in uno casu, & in alio dispensationem esse datam a Pontifice, neuter poterit dari a contrahendo aliud Matrimonium. afferenti commissionem esse factam Procuratori, aut dispensationem esse datam, tamen probatio, non minus quam asserenti conditionem esse impletam, & licet fortiter contrahere non permittatur, dum non constet commissionem non esse factam, aut dispensationem non esse datam; tamen si de facto contractu judicabit, dum non constet commissionem esse factam, aut dispensationem esse datam pro primo contractu, nulla est disparitas quantum ad veritatem convenientiam, quae vitari voluit Tridentinae notitiam conditionis ex quoque, & veritatem commissionis & dispensationis altera. Hæc ille.

Qui ibidem n. 133. dicit: dispensatio essentialiter requirit ad Matrimonium procurationem, dispensationem, & impletam conditionis. Sicuti enim impletio conditionis perficit essentialiter consensum, que ea erat imperfectus, & licet perfectionem essentialem externi contractus; similis quoque ratione procuratio; essentialis quippe est Matrimonio Matrimonii, quod consensum ab ipso contrahente, & quodammodo legitima corpora; jam cum procuratio non provenit ab ipsa procuratore, & sine dispensatione non habet legitima corpora. Ergo Parochus vel non debet constare adimpleta conditionis, vel etiam debet constare procuratio dispensatio. Et quia Dicastillo postulat necessariam notitiam procuratoris, dispensationis; sed sufficere, ut Parochus & testes ipsi expressionem conditionis etiam nobiscum docet, non necessariam notitiam conditionis adimpletam sufficere, ut Parochus & testes ipsi expressionem consentium.

Cumque existimet, Ecclesiam dispensationem pro valore secundi Matrimonii probatur adimpleta conditio, uti etiam probatur facta procuratio, & data dispensatio fieri autem possit, ut ea probari nequeat consequenter admittit, ut ea probari nequeat & pro omni eventu vitari incongruentiam quæ voluit evitare Tridentina.

Interim, quia non est ita frequens (disp. n. 139.) & commune, quod Matrimonium

B
Sac
par

fiat per Procuratorem, non exhibito aliquo instrumeto, & adhibitis aliquibus testibus, quibus possit probari commissio Procuratori facta: neque etiam ita est frequens & commune, quod Matrimonium inter habentes impedimentum dirimens, fiat ex dispensatione pro foro externo, quin extent authenticæ litteræ, tum datæ partibus, tum reservatæ in Pontificio Archivio: hinc est, ut non nimis fuerit anxium Trident. præcludendi aditum ad hujusmodi dolos, qui vix aut rarò contingunt. Atque aded fatendum est, in his casibus, rarò contingentibus, nondum esse provisum de remedio.

165.

Idem ergo & eodem modo dicere postumus pro casu impletæ conditionis, cujus impletionis notitia non habeatur à Parocho & testibus. Concedendum enim est, pro illo casu impletæ conditionis, cujus notitia non habeatur à Parocho & testibus, qui prius interfuerunt Matrimonio, nondum esse omnind provisum de remedio; quia rarissimus est casus, in quo contrahentes coram Parocho & testibus sub conditione de futuro, eâ impletâ non renovent consensum ad majorem securitatem, propter probabilem opinionem, quæ docet, Matrimonium non valere, nisi renovato consensu. Item rarissimè solet adhiberi conditio, quæ aliqua ratione non possit juridicè probari, atque aded vitari prædictâ inconvenientia.

Nix ad mi- rum est.

Unde non mirum, quod Trident. non nimis curavit, pro tam raris casibus remedium adhibere; sicut etiam contingere potest, quod moriantur testes, & quod Parochus non descriperit in libro, juxta Tridentini præscriptum, atque aded non possit juridicè probari, Matrimonium esse factum, cui inconvenienti nondum providit Tridentinum; nec enim jus potest facillè omnibus inconvenientibus providere. Hæc ille. Ecce habes secundam solutionem principalis argumenti Adversariorum.

166.

Porrò quod secundò adducebatur in favorem eorum, desumptum ab exemplo Matrimonii de præsentibus inter impuberes, nullam habet difficultatem; quia ille contractus interpretatione juris positivi, solum habet rationem sponsalium, juxta cap. un. de Despons. impuberum in 6. ibi: *Idem quoque si pubes & impubes, vel duo impuberes, non proximi pubertatis, & in quibus ætatem malitia non supplebat, per verba contraxerint de presentibus, sponsalia enim illa, quæ juris interpretatione tantum fuerunt sponsalia de futuro (hoc verba, consensum exprimentia de presentibus, habent, & Matrimonium contrahere intenderent contrahentes) per adventum pubertatis in Matrimonium non transeunt de presentibus.*

Nunquid talis constitutio habetur circa Matrimonia puberum conditionata, ut per

adventum conditionis, in Matrimonium non transeant de presentibus? Nuppiam talis constitutio reperitur, & ita non mirum, si non valeat argumentum ab uno Matrimonio ad aliud; quia unum per legem positivam reductum est ad sponsalia; aliud autem est verè contractus de presentibus, & non sponsalia, ut patet ex ante dictis.

Nec obstat; quod Matrimonium conditionatum c. *Per tuas*, 6. de Condit. appof. appelletur sponsalia, ibi: *Vir ipse quamvis contracta sponsalia, & carnalem copulam non negaret.* Non obstat, inquam; quia omne Matrimonium ratum ita quandoque vocatur, ut patet ex Sect. 1. in principio, & ideo in dicto cap. un. de Despons. impuberum, cum Pontifex vocasset Matrimonium impuberum de presentibus sponsalia; statim ea distinguit contra sponsalia de futuro, ibi: *Que juris interpretatione tantum fuerunt sponsalia de futuro.*

Deinde negari posset, in dicto cap. *Per tuas*, Matrimonium conditionatum appellari sponsalia; quia, ut notat Coninck supra n. 14. ibi tantum dicitur, mulierem dixisse, virum de presentibus secum contraxisse, ibi: *Per tuas literas intimaſti, quod cum quedam mulier P. nomine, N. postulares in virum, asserens, inter se mutuum de presentibus consensum intervenisse &c.* Hunc autem falsum esse, se contraxisse sponsalia sub conditione futura, ibi: *Vir ipse &c.* ut supra. Unde sequitur tantum, eos sibi contraxisse; non autem talem contractum dici sponsalia.

Restat, ut respondeamus 3. argumento Adversariorum, supra proposito ex Aversa. Quærit autem hoc argumentum, quid dicendum, quando receditur à conditione per copulam carnalem, aut absolutum consensum de presentibus? Respondet Sanchez supra n. 25. si pendente conditione illius Matrimonii, inchoati coram Parocho & testibus, contrahentes habeant copulam, præsumere Ecclesiam recessisse à conditione & perfici Matrimonium, per cap. *Per tuas*, de Condit. appof. Quod idè erit in foro interno etiam post Trident. si affectu conjugali commixti sunt. Quia jam servata est forma Tridentini in priori contractu, & judicandum erit, ac si impleta esset conditio occultè. Hæc ille.

Ego autem dico; per recessum à conditione, quocumque modo hic fiat, non perficitur prius Matrimonium; sed novum contrahitur; adedque neminem mirari debere, si ad illud requiratur nova presentia Parochi & testium. Porrò per impletionem conditionis, non contrahitur novum Matrimonium; sed vetus perficitur; id est, quod antea erat conditionatum, jam fit absolutum, sine novo aliquo consensu, quod non habet locum, quando receditur à conditione.

167. Occurritur objectioni.

Coninck.

168. Quid dicendum, quando receditur à conditione, per copulam aut absolutum consensum.

Requiritur nova presentia Parochi & testium.



169. Sententia De Scildere de hac controversia.

Cæterum quia Concluf. 3. particularem retuli sententiam de Matrimonio conditionato Ludov. de Scildere, placet hic etiam eisdem Auctoris de præfenti controversia iudicium subnectere. Sic ergo ait loco sup. citato: Non est necesse, Pastorem & testes interesse implerioni conditionis, cum id sæpè impossibile sit, ut si duplex diverso simul in loco impleri debeat: imò, neque fortè videntur postea scire debere, conditionem esse impletam; nam aliàs mors unius ex illis interveniens, totum Matrimonium disturbaret. Per consequens etiam fortè validum est, si per consensum postea absolutum à conditione recedatur.

170. Ei favet Declar. Card. apud Barbofam.

Huic favet Cardinalium declaratio apud Barbofam verb. *Matrimonium*. n. 22. in qua validum dicitur Matrimonium viri, qui coram Parocho & testibus puellæ dixerat: *Contraho si hoc salvo meo honore fieri potest, & si fratribus meis placuerit*; postea autem cum illa non expectato conditionis eventu ex affectu maritali copulam habuit; quia reverà gratia non confertur sub conditione, sed completà voluntate actus. Voluit scilicet Ecclesia tantum constare per Parochum & testes de consensu contrahentium, ex parte ipsorum irrevocabili; nam de multis aliis, quæ Matrimonium invalidare possunt, ipsis constare non debet. Usquead huc de Scildere. Consequenter ad suam sententiam. Sed cum in nostra opinione non constet de consensu irrevocabili, quia consensus conditionatus est revocabilis, saltem validè, & aliquando etiam licitè, ut superius non semel diximus; hinc in ea hæc res majores habet difficultates, quas modò expendimus, & quibus conati fuimus satisfacere, & arbitror satisfactum esse.

171. Non est necesse ut Parochus & testes per se videant conditionem esse impletam. Aversa.

Tanrùm adjungo, quod bene notat Aversa supra, etiam in sententia sua non esse præcisè necessarium, ut Parochus & testes per se videant, conditionem esse adimpletam, vel adimpleri: sed satis esse, si ipsimet contrahentes id coram illis assererent; quia sicut satis est eorum consensu per eorum verba constare, ita utique de conditionis purificatione. Immo etsi conditio non esset verè purificata, adhuc illa contrahentium assertio se haberet tanquam novus consensus absolutus, ab incertitudine conditionis non amplius dependens.

Coninck.

Similiter ex altera parte necesse non est, ut Parochus & testes audiant ab iisdem contrahentibus, conditionem esse adimpletam: sed satis erit, si ipsi per se viderent.

Coninck quidem coherentè dicere deberet, necesse esse, ut Parocho & testibus constet de notitia eorundem contrahentium conditionis adimpletæ, quia volebat Matrimonium non compleri, nisi per hanc notitiam. Sed apud nos satis erit, ipsam condi-

tionem realiter coram Parocho & testibus adimpleri, seu constare adimpletam. Debet autem esse iisdem Parochus & testes, qui interfuerunt primo contractui conditionato, ut scilicet, & per eos Ecclesie plenè constet perfectione contractus; quia debent esse testes de toto Matrimonio, & aliter essent diversi, se haberent tanquam testibus regulares super diversos actus, qui non faciunt plenam probationem Hæc ille.

A quo si queratur; an liceat contrahenti conditione? Respondet ibidem §. *Matrimonium*: Videri potest, Matrimonium quod sub conditione contractum valet, postea licitè ita contrahi. Et ita indicat Concluf. 17. solum dicens, talia Matrimonia non esse facile permittenda. Sed potius dicitur, non licere moraliter loquendo, non licere contrahenti; nec etiam Parocho & testibus volentibus iis assistere.

Tum, quia generaliter Sacramentum debent sub conditione contrahi, nisi in casu necessitatis, ut supra notatum est; ubi dicitur, si quis sit baptizatus, & non sit solutus, aut Extreme Unctionis, hoc Sacramento Matrimonio non contrahatur, nisi sub certa conditione, & adhibere prius diligentiam, ut ostendatur, vel procurare, ut obtineatur, vel obtentà, postmodum contrahere.

Tum etiam in ratione Sacramenti contractus, modus contrahendi non exponeret rem perplexitatis, non solum si conditio sit de futuro, si erit de præterito, & de præterito, sed etiam quia possunt oriri difficultates, & per consequens controversiæ de jure ipso inter DD. ex iis, quæ modò tractata sunt.

Aversa. Rogas quid ego sentiam? Respondetur cum Regio jam citato, talia Matrimonia non esse facile permittenda, ut supra permittenda sine iusta & valida causa; tum quia, ut ait Regius, paritas dignitatis Sacramenti; tum etiam quia, ut supra, facile lites ac difficultates oriri possunt, si ob varias DD. hæc in re non sunt Interim aliquando posse permitti non negatur; quippe conditionata Sacramenta ministratio, non semper dedecet dignitatem Sacramenti, & aliunde fieri possent, ut dicitur, & lites evitarentur, ut peritiam introspicienti facile patebit.

Quia tamen rarò hæc omnia simul concurrunt, idèò bene dixit Aversa, non licere loquendo non licere sic contrahere, ut supra.

B
Sacramentum
Matrimonii

Parocho & testibus voluntariè iis assistere; at tamen quod factum fuerit, validum erit, juxta quod dicitur cap. 16. de Regular. *Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obviunt roboris firmitatem.* Si ergo à me quaeritur, an consanguinei validè contrahant sub hac conditione: *Si Pontifex dispensaverit?* Respondeo.

CONCLUSIO VI.

Matrimonium inter inhabiles, Si Pontifex dispensaverit, valet, cognita dispensatione.

Intelligenda venit Conclusio de tali inhabilitate, in qua aliquando dispensat Pontifex validè & licitè ex justa & rationabili causa; idque dum talis causa hinc & nunc subest, ita ut inhabiles seu impediti, qui sub tali conditione contrahunt, possint licitè dispensationem petere, & eà obtentà licitè uti; alioquin erit conditio vel absolutè impossibilis, si Pontifex nullatenus possit in tali impedimento dispensare, aut certè turpis seu inhonestà; quia, ut supponitur, nec Pontifex hinc & nunc potest licitè dispensare, neque contrahentes licitè possunt dispensationem petere; ergo talis contractus ad nihil obligat, estdè juramento foret firmatus, quia juramentum non est vinculum iniquitatis, ut latius alibi tractavimus.

Atque ut licitè possent uti dispensatione jam obtentà; equidem non obligat prior contractus, quia conditio turpis, qualis indubità est, quæ sine peccato poni non potest, habetur pro non adjecta, uti etiam impossibilis, ut ex dicendis inferius patebit; adeoque fuit contractus inter inhabiles absolutus, quem constat nullam inducere obligationem, tamen si postmodum per accidens habitas adveniret. Sin autem posità jam habilitate per sublationem impedimenti, seu dispensationem illicitam, de novo consentiant, proculdubio erit validus contractus, sive sponsalitiis, si fuerit consensus de futuro, sive Matrimonialis, si de præsentia. Atque hæc satis certa.

Difficultas ergo in eo versatur, an quando Princeps solitus est dispensare in impedimento ex justa causa, adestque talis causa, obliget Matrimonium inter sic impeditos, eà expressà conditione: *Si Pontifex dispensaverit.* Affirmat Sanchez lib. 5. disp. 8. n. 10. & probat exemplo sponsalium, quæ sub simili conditione contracta inter inhabiles, manent firma & valida impletà conditione, ut multis ostendit idem Auctor eod. lib. disp. 5. n. 24. quia, inquit, licet illi inhabiles sint ad contrahendum pro tunc, non tamen ad contrahendum tempore impletæ conditionis.

Quoniam ea est conditionis natura, ut suspendat actum, & ejus absolutam obligationem in tempus impletæ conditionis, ut dicitur l. 213. ff. de Verb. signif. sequentis tenoris: *Cedere diem significat incipere deberi pecuniam. Venire diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Ubi purè quis stipulatus fuerit & cessit & venit dies. Ubi in diem, cessit dies, sed nondum venit. Ubi sub conditione, neque cessit, neque venit dies pendente adhuc conditione.*

Igitur priores consensus non permanent immutati; quia pendente conditione sunt inefficaces, imperfecti, nec pariunt publicam honestatem, quæ secus se habent conditione impletà cap. 1. de Sponsal. in 6. ibi: *Cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem, secus consensus non habentibus, & incertis, nulla publica honestatis justitia oriatur.*

Et confirmatur: nam institutio ut valida sit, debet esse hominis capacis, & tamen valet institutio spurii, facta sub conditione: *Si Princeps eum legitimaverit* juxta communissimam & verissimam sententiam, ut potest videri apud Covar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 5. n. Covar. 12. aliàs 17. ubi sic ait: *Prætermittendum verò non est, parenti tutissimum esse, ut spurium hæredem instituat sub conditione, si à Principe fuerit effectus legitimus: tunc etenim secutà legitimatione, patris hæreditatem absque animæ periculo obtinebit: cum institui jure possit incapax in tempore, quo capere possit, l. In tempus, ff. de Hæred. institut. l. Sicur, & ibi Gloss. in principio, ff. Quibus modis ususfr. amitt.*

Nec oberit l. *Si alienum, §. In extraneis.* ff. de Hæred. instit. ubi in institutionibus conditionalibus oportet hæredem capacem esse tempore testamenti, mortis & aditionis hæreditatis; id enim procedit in conditione extrinseca; secus in conditione intrinseca, & quæ à jure intelligitur, qualis est ista: *Cum capere poterit hæres.* Hæc ille.

Ergo similiter in nostro casu, juxta eundem Auctorem sup. c. 3. ubi in primis sic ait n. 2. *Si verba contractus sunt de futuro, ante conditionem, nec ibi est Matrimonium, nec sponsalia de futuro; eveniente verò conditione sponsalia sunt, quæ de futuro appellamus: quòd si verba sint de præsentia, conditione tamen adjecta, eveniente illà conditione, conjugium erit, ante illam nec Matrimonium, nec sponsalia de futuro.*

Deinde n. 7. proponit dubium, de quo hic disputamus, & refert sententiam, quæ requirit novum consensum obtentà dispensatione, allegatis variis Auctoribus pro ea, & duplici ratione; hic enim, inquit, contractus, secundum eos, à principio fuit illicitus: ergo ex eo non potuit oriri aliqua obligatio, l. *Cum lex*, ff. de Fidejusso.

Præ-

1. x3 ff. de Verb. sign.

cap. x. de Sponsal. in 6.

177. Confirma-

178. Objectio sol-

constru-

179. An requiratur novus consensus obtentà dispensatione. Prima ratio pro parte affirmante.